

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

Bosco, Jean a

Lovanii, 1670

Concl. IV. Per satisfactionem impletam in malo statu satisfit obligationi, & obtinetur effectus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](#)

Igitur, ut finem imponamus huic Conclusioni, quam libenter fateor esse incertam & solùm probabilem, itcun dico: si fatio imposta excedat totam latitudinem medit, sive secundum se sumpta, sive cum dispositione pænitentis, excessus ille compensabitur per remissionem pœnae debite alii peccatis: aut certè si nihil pœna refert remittendum, & satisfaciens justus est, gratiam & gloriam dabit Dominus; quia liberalis est in donis suis, nec opera iusti relinquit sine pæmio. Sin autem homo peccator est, sibi impunit, quod solù remissione pœnae debet esse contentus, qui foris nec hac remissione dignus est, ut communiter docent Theologi: ego autem cum Doctore Subtili, sive prædicio communis sententia, Dico quartò:

CONCLUSIO IV.

Per satisfactionem impletam in malo statu satisfit obligationi, & obtinetur effectus.

46.
Ultima pars
Conclusio est
Scoti,

Exordiar ab ultima parte, videlicet: Per satisfactionem impletam in malo statu obtinetur effectus, id est, deletur pœna Purgatorii, debita peccato, per Absolutionem sacramentalis remissio. Ita docet Scotus 4. dist. 15. q. 1. n. 16 hisce verbis: Dico ergo sine praesudicio, quod, qui felon verè faciat, & recipit satisfactionem vel penitentiam condignam sibi impositam ab Ecclesia, Clave non errante, quantumcumque potest recidives, namquam tenebrii, nisi ad illam unicam satisfactionem admplendam: & si eam implete in Charitate (id est, in statu gratia) melius est; quia non tantum solvit pœnam, sed meretur. Sed si adimplete eam voluntarie extra Charitatem (id est, extra statum gratia) solvi quidem pœnam, sed non meretur gratiam. Si autem ipsa ab eo extra Charitatatem exigatur, solvitur pœna, licet ipsi non solvat. Et in primo est satisfactione simpliciter, quia reconcilians & placans: in secundo est quidem satisfactione, quia voluntaria redditio &c. sed nec reconcilians nec placans: in tertio autem est satisfactione (alijs satisfactione) ultra quam non exigetur pœna ulterior. Hæc ille probabiliter.

47.
& Aliorum
quos citat
Hugo Ca-
vellus in
Scholio.
Gabriel.
Medina.
Navarrus.
Major.
Adrianus.
Almain.
Gerlon.
Rubion.
Angeli.

Eamdem sententiam præter Scoti discipulos (id est ait Hugo Cavellus in Scholio præfixo num. 15.) tenent Gabriel 4. dist. 16. qu. 2. a. 3. dub. 3. Medina tract. 3. qu. 5. dub. ult. Navarrus cap. 1. de Fœnit. d. 6. n. 47. Major hic, Adrianus 4. qu. An unum peccatum hinc alio &c. Almain, hic qu. 1. Gerlon de Regul. moral. tit. de Penit. & de Orat. p. 2. Rubion, hic qu. 3. art. 2. Corduba lib. 5. q. 23. Ang. v. Penit. § 14. Hinc patet, quidam audax in falso Sotus dist. 19. q. 1. a. 4. dum ait, solum Ga-

briole sequi Scotum in hoc; & Valent. d. 7. qu. 14. de Satisfact. p. 3. dum ait, hanc opinionem ab Omnibus exploram. Hucque Cavellus.

Legi Sotum loco citato, ubi non simpliciter dixit, solum Gabrellem sequi Scotum; sed ait: Scotum solum Gabriel sequitur, & rarissimi eo recentiores. Interim præter citatos docet hanc sententiam Vafquez qu. 24. art. 2. dub. 3. citans Marsilium in 4. qu. 11. art. 3. Itaque non dubitandum, quia etiam post Trident. si probabili (falcem ab autoritate extrinseca) intellecta, ut intelligi debet, de effectu ex opere operato, quem habet illi satisfactio præcisè intuitu Sacramenti seu Absolutionis sacramentalis.

Probatur à Scoto sup. num. 15. quia contraria sententia videtur nimis dura contra peccatores, & occasio majoris oblationis: Si enim (inquit) iste hodie verè pœnitens, & mulier recipiens satisfactionem, est testimonium tristarium, cras recidivat in peccatum mortale, & de illo non pœnitens secundo die ieiunat, quia sibi sit impositum: si dicas, quod illud scilicet ieiunia fecunda non est aliquis satisfactionis exterior, magis occasio est inducenda ieiunium tam lapsum, ut tertio die non ieiunet, & per consequens ad novum peccatum mortale: quia transgredienti istam panam iniuriam a Sacerdoti & recipiunt, videtur esse peccatum mortale, cum sit transgressio præcepti Eccliesia & Vniuersitatis in illo actu.

Ex isto (prosequitur) potest formari talis ratio: Si post lapsum & ante penitentiam novam non exequatur quis satisfactionem pristinam sibi impositam, peccatum mortaliter novo peccato. Ergo fieri potest, bene facit; quia actum obedientia facit; sed non facit actum obedientie, nisi in quantum illud est sibi impositum tamquam pars satisfactionis.

Sed hæc ratio, dicet aliquis, parum videtur probare: nam Adversarii admittunt, ex quicunque satisfactionem in statu peccati mortalis, bene facere; quia actum obedientia facit, in quantum illud est sibi impositum, tamquam pars satisfactionis. Unde admittunt per taliter satisfactionem satisficeri præcepto Confessori (id habet prima pars Concl.) sed negligunt Consequentiam: ergo statim confitetur effectum; sed sufficit (inquit) quod reviviscat adveniente statu gratia.

Atque ut non reviviseret, equidem potest esse pars satisfactionis sacramentalis, seu tota satisfactione sacramentalis; quia sapientia Sacra menta frustrantur omni suo effectu, secundum sententiam, quia non agnoscit nisi revivescientiam Baptismi. Sicut ergo Extrema Unction suscepit cum obice peccati mortalis est verum Sacramentum, est nullum conferat effectum sacramentalem; pari quoque ratione satisfactione in statu peccati mortalis est revera pars integralis Sacramenti Pœnitentia, est nullum

lum confe debita di sufficit qu nam Purgat leat.

Nec pationis; feci cito citando fructus su alioquin e Quod si al quidem ma quando exponere per sequitur, E indisposito statu pecca

Reponit Scotti, quia, ut sententia videtur casio maiori cat assentu & sufficien num. 16. latis: Dia cedendum quam.

Quæ e Ratio à pri oris Concl. voluntas Chalif. 48. Refon datio fac rato deler ex nullo ca viss ad hu eo, quod f impressio Baptismi, quam tam ex eo, qu dinarium dignus est est tale b peccator. stra sit per fess. 14. s factio C racteris ei catori, & Sacramen tur seu c Characte peccator p opere op tem Sacra bus appli factatio

51. Nec o bjectio ex In quo C

Sect. 13. De Satisfactione sacramentali. Concl. 4. 901

lum conferat effectum sacramentalem, defectu debite dispositionis subjecti seu satisfaciens: sufficit quippe, quod per le nata sit delere peccatum Purgatorii, tametsi de facto nullam debeat.

Nec per hoc datur occasio majoris obstinationis; sed utilis valde est (inquit) ad exercitandos ignavos homines, ut respiciant, &

fructum lue satisfactionis recipiant, ad quam alioquin ex praetexto Confessarii obligantur. Quod si aliqui malint omittere satisfactionem, quam respiciere, per accidens est: veluti si aliqui maller non suscipere Eucharistiam, quando ex praetexto obligatur, quam se disponere per praeviam Confessionem; non ideo sequitur, Eucharistiis conferre suum effectum indisposito seu non confessi, vel existenti in statu peccati mortalis.

Respondeo: quidquid sit de illa ratione Scotti, qua forte solum est aliqua congruentia, ut pater ex his verbis Scotti: Sed ista sententia videtur nimis dura contra peccatores, & occasio majoris obstinationis. Ubi ly Videlut significat ascendum infirmum, minime vero firmum & sufficiens fundamentum assertionis, quam num. 16. Doctor subiungit verbis supra relatius: Dico ergo &c. Estò, inquam, haec ratio parum aut nihil probat; num ideo recessendum à doctrina principali? Nequaquam.

Qua ergo ratio à priori Conclusionis? Respondeo: voluntas Christi, à qua satisfactione sacramentalis habet vim ex opere operato delendi penam Purgatorii: & aliunde ex nullo capite fatis confat, Christum requisivisse ad hunc effectum statum gratiae. Non ex eo, quod sit eff. Eius sacramentalis: nam etiam impressio Characteris est effectus sacramentalis Baptismi, Confirmationis, & Ordinis, ad quam tamen non requiritur status gratiae. Non ex eo, quod sit singulariter aliquod & extraordinarium beneficium Dei, quo peccator indignus est: nam etiam impressio Characteris est tale beneficium, quod tamen confortur peccatori. Non ex eo, quod satisfactione nostra sit per Christum Iesum (ut loquitur Trident. less. 14. cap. 8.) id est, ex meritis & satisfactione Christi: nam etiam impressio Characteris est per Christum, id est, ex meritis Christi; & tamen Character imprimit peccatori, & peccator per Christum, id est, virtute Sacramentorum, per quod merita Christi applicantur seu communicantur merita & satisfactiones Christi.

Nec obstat, quod Trident. supra dicat: Obiectio ex In quo (Christo) vivimus, in quo moreremus, in

quo satisfacimus, facientes fructus dignos panis. Tridentino tentie, qui ex illo vix habent, ab illo offeruntur.

Patri, & per illum acceptantur à Parte. Loquitur quippe de satisfactione simpliciter, id est reconciliativa & meritoria de condigno, ad quam indubie requirunt vita in Christo seu status gratiae, ut pater ex dictis Sect. præced.

Concl. 1.

De qua etiam loquitur Catech. Romanus part. 2. cap. 5. qu. 58. ibi: Duo precipue in satisfactione requiruntur: primum est ut is, qui satisfacit, insit sit ac Dei amicus. Colligo ex quatuor precedentibus, ibi: Auge ut sit; ut iustus nihil desse videatur; cum operibus, quæ Dei virtute efficiunt, & divina legi pro humana mortalitate conditione satisfacere, & vitam eternam, quam scilicet, si Dei gratia ornata est vita decesserint, conuenient, mereri posuit. Ergo intelligit satisfactionem simpliciter, seu reconciliativam & meritoriam de condigno vita eterna.

Porro satisfactione sacramentalis ex opere operato, quam nos cum Scoto admittimus in hominem peccatore, non est satisfactione simpliciter (ut pater ex verbis Scotti supra) sed tantum secundum quid, id est, secundum unam partem. Ita enim (ut ait Catech. supra q. 53.) Nonnulla distinxerunt: Satisfacere, est Deo desitum honorem impendere. Quid autem nemo debitum honorem Deo posui tribueret, nisi qui peccata omnino vitare conseruat, sat's apparet. Et satisfacere est peccatorum causas excidere, & eorum suggestiones adiutum non inducere, le quam lenientiam Alii offendierunt, satisfactionem eis purgationem, quæ etiam quidquid iordum propero peccati maculam in anima resedit; atque à fæcis tempore definitis, quibus tenebamus absolvimur.

Ecce duæ partes satisfactionis, purgatio & absolutione à peccatis; quarum prima pars, purgationem non convenit satisfactioni peccatoris: quia (ut in iordum ait Scotti supra) nec reconcilians, nec placans a peccatis.

Altera autem competet: quia est voluntaria redditio debiti, sive est rei debite integræ solutio. Cum enim virtute Clavium poena temporalis Purgatorii mutata sit in penam temporalem hujus vita; qui hanc voluntariè reddidit, integrè solvit rem debitam: amicus eius sit vel inimicus, cui solvit, quid intereat? Nonne inimicus potest satisfacere debito justitia commutativa, solvendo pretium rei empta? Ne modo dubitas. Cur non similiter possit satisfacere debito iustitia vindicativa seu punitiva?

Audamus Scottum supra n. 16. Ex secundo (inquit) membro (id est, ex quod homo peccator possit satisfacere) sequitur, quod si magnam partem satisfactionis sibi imponit explevi in peccato tiam in peccato mortali, & post iterum penitentie de peccato novo, non est sibi iterata penitentia imponenda pro peccato, de eis impongo satisfactionem, liet' extra Charitatem; sed tantum tanta nova de novis peccatis, quæ fuerunt causa, quare illa satisfactione fuit mortua.

Et si arguas (prosequitur n. 17.) mortua est:

X x x x 3 ergo

ergo non est satisfactio. Non sequitur, nisi quod non est satisfactio placans nec reconcilians in amicitiam.
Sufficit ad satisfactio ad solutionem peccati.

Etsi dicitur: ergo non est satisfactio. Non sequitur; quia sufficit Deo, quod quis voluntarie solvai penam debitam, ad punitionem peccati commisi: quia etiam, quod minus appetet, sufficit satisfactio. Patet in actibus humanis: si enim alieui offensio in Regem correspondat praeceps secundum legem abscondit manus; si ipsi etiam invito abscondit manus, satisfactio est, & in tantum sufficit Regi, quod secundum legem & institutam non debet ab eo penam ulteriore exigere; & tamen non recipit eum in gratiam vel amicitiam. Malo magis ergo posset satisfactio pro punitione culpa, si aliquis sibi penam debitam infugeret, licet non esset in gratia vel amicitia ipsius indicis offendit.

54.

An valet in hac materia argumentum ab homine ad Deum? Negat Suarez.

BOSCO

Et vero cur non valeat argumentum in hac materia ab homine ad Deum? Quia (reponit Suarez) disp. 36. sc. 2. n. 5.) poena hujus vite per se ac nulè sumptu non sunt comparabiles, nec proportionem habent cum poena vite futura: ergo per se non habent valorem, ut remittant illam penam: ergo necessaria est gratia, à qua hunc valorem accipiunt. Hæc autem gratia non solum est auxilians, sed præcipue debet esse sanctificans, ut conferat dignitatem personæ, à qua satisfactio ipsa habet valorem & moralem proportionem ad debitum perfolvendum.

Et confirmatur: quia vel peccator posset satisfacere de condigno, vel de congruo. Non primum; quia peccator quandiu in peccato mortali est, dignus est ut omni bona privetur; & ideo incapax est, ut de condigno mereatur, vel satisfaciat: & ideo gratia est principium omnis iustitiae apud Deum; praterquam quod promissio divinaj qua iustitia tam satisfactionis, quam meriti fundatur, non sit hominibus in peccato mortali manifestibus, sed iustis. Secundum dico non potest, nisi meritis: ubi enim revelatum est, aut unde constat, Deum hac liberalitate uti cum inimicis suis, ut eis remittat penas, pro quibus ipsi verè non satisfaciunt, cum lex generalis sit, Ut quantum quis glorificavit se in deliciis, tantum detur ei tormentorum; & è contra generalis etiam lex sit, Ut quid sine charitate sit, nihil proficit. Hac Suarez.

55. Quæ si vera forent, est admitteretur satisfactio venialis in inferno pro peccatis temporalibus, & temporali remissio, haud equidem valens pro mortali remissio, ret argumentum Scoti supra: Ex tertio membro finiuntur in (scilicet sufficiatione) potest elici, quod talis si proper novum peccatum, in quod recidivat, damnatur antequam complexis totam penam sibi impositam, penaretur in inferno temporaliter penam correspondente illi, que non fuit hic soluta; & illa soluta post tempus aliquod non penaretur amplius illa penam, sicut & de veniali, quia moriens in peccato veniali finit cum mortali, non penaretur aeterniter pro veniali. Et eodem modo in proposito: ex quo enim

secundum plenam institutionem penitentiam semel impedita est pena temporalis ipsi pro peccato, de quo videlicet punitur, nonquiam ipsi pro illo debebitur nisi pena temporalis, & illa soluta, nulla alia.

Hoc (inquit) argumentum Scotti non valeret, si vera forent quæ Suarius supra docet: nata poena temporalis in inferno est plene eadem cum poena temporalis Purgatorii: ergo non est mirum, si satisfactio in inferno, fieri possit satisfactio in Purgatorio. At vero poena temporalis hujus saeculi neque est eadem cum poena Purgatorii, neque ullatenus ei proportionata (ut vult Suarez) absque confortio gratia sanctificantis.

Respondeo cum distinctione: nullatenus est proportionata, nisi forte exiguæ eius parti. At pro absque confortio gratia sanctificantis, quæ de facto inest subiecto, vel aliquando infinitus per suum sacramentum Pénitentia, cuius hac pena est pars integralis, concedo totum; absque confortio gratia sanctificantis, quæ de facto inest subiecto: hoc est quod queritur, & à nobis negatur, neque sufficiens à Suario probatur.

Dico itaque: poena hujus vite per se ac nulè sumptu non sunt comparabiles, nec proportionem habent cum poena futura vite, nisi forte cum valde modica seu exigua eius parte, juxta alibi dicta; sed accipiunt hanc proportionem, & per consequentem valorem remittendi illam penam, velex gratia sanctificante praesente, hi est satisfactio condigna ex opere operantis; vel, si est satisfactio ex opere operato, ex gratia sanctificante aliquando infusa vi Sacramenti, seu ex virtute Sacramenti Pénitentia, per quod commutata fuit poena temporalis Purgatorii, in penam temporalis hujus saeculi; adeoque ex applicatione meritorum & satisfactionum Christi, quæ sit per istud Sacramentum; quæ utique applicatione dignus erat penitens, quando sulpicebat Sacramentum.

Breviter: satisfactio de condigno ex opere operantis, valorem suum & moralem proportionem, ad debitum perfolvendum, habet ex auctoritate dignitate personæ; at vero satisfactio sacramentalis, seu ex opere operato, suum valorem & moralem proportionem, ad debitum perfolvendum, accipit ex dignitate operantis, seu dignitate Sacramenti, per quod opus istud elevatur, & constituitur pars integralis Sacramenti.

Et qui patet responso ad Confirmationem Suarii. Enimvero libens fateor, peccatorem non posse satisfacere de condigno ex opere operantis; sicut non potest quidquam de condigno mereri: sed unde probat Suarius, quod satisfactio sacramentalis, de his agimus, debeat esse satisfactio de condigno ex opere operantis? Quantum ad meritum de concesso congruo, ad istud, ex communis sententia quantum

Theo-

Theologoru
gicus ergo
v. g. meret
torum (ut
polis eriam
penarum P
remissio cu
eo mercu
ipso, quo r
talis: quidn
Sect. 1. Co

Quare n
rium homi
cium homi
alias condi
congruo, p
tum de con
pro

18.

Et sanè
argumentum
ab remissione
quamvis h
Comment.
n. 110. &
vere pen
iam pecca
Deus omni
lit peccata
est; quia
qua satisfac
stia vind
tur satisfac
Purgatorii

Ubi (1)

aut unde
cum inimi
quibus ip
Scripturæ
minis pecc
& velle in
bus vero
facto ini
natur fier
tiam. Sed
penas no
sunt, sed
revelatum

59. Respon
sibus profe
ta infalli
li remissio
patroni in
penatum. Quippe fa
talis hujus
temporalis

Sect. 13. De Satisfactione sacramentali. Concl. 4. 903

Theologorum, non requiritur status gratiae; sicut ergo homo peccator per Contritionem v. g. meretur de congruo remissionem peccatorum (ut alibi diffidimus probavimus) quidni possit etiam de congruo mereri remissionem penarum Purgatorii? An minus premium remissio culpa, quam pena? Inmodum de facto meretur remissionem penae eterna hoc ipso, quod meretur remissionem peccati mortali: quidni etiam pena temporalis? Vide Sect. 1. Concl. 6.

Quare non dubito, quin opus satisfactionis hominis peccatoris, dummodo habeat alias conditiones requitatis ad meritum de congruo, prout libertatem, honestatem, relationem in Deum &c. quas potest habere; nam homo peccator potest elicere actus supernaturales Fidei & Spei, & per actum Spei imperare actus aliarum virtutum: non dubito, inquam, ne video rationem dubitandi, quin per ea posit peccator mereri de congruo remissionem penarum Purgatorii, quae debentur peccatis quoad culpam remissi. Nec Sarius hoc negat. Sed tota difficultas est, unde illa satisfactione habeat effectum istum infallibiliter.

Et sane non appetit mihi multum efficax argumentum, quod desumitur ab infallibili remissione peccatorum per Contritionem, quamvis hoc oppidum urgeat Hiezeus in suo Comment. ad locum Scotti supra citatum n. 110. & seqq. nam faciliter responderi posset, vera penitentia à Deo promissa esse veniam peccati: quia aliter fieri non potest, nisi Deus omnino gratis sine illa penitentia vellet peccata remittere, quod minus conveniens est; qui saltet per penitentiam habetur aliqua satisfactione, & exercetur aliquis actus justitiae vindicativa: jam autem ubi promittitur satisfactionis in statu peccati deletione penae Purgatorii, cum fieri possit in statu gratiae?

Igitur probandum manet Sario, quod illa moralis proportio requirat statum gratiae presentem, quando satisfactione impletur. Si autem hoc non possit probare, sicut revera non potest, perficto in Conclusione, & dico, Satisfactionem impltam in statu peccati mortalitatis, non solum reviviscere adveniente statu gratiae, sed etiam statim obtinere effectum deletionis penae Purgatorii. Inmodum si non statim obtinet effectum, nullum appetit efficax fundatum allerendi eius reviviscentiam.

Nam quod Quidam dicunt: Sacramentum Penitentiae validum & informe revivisicit eodem modo, quo Baptismus validus & informis; ergo similiter satisfactione: hoc, inquam, argumentum apud me nullius est momenti, qui disp. 1. sect. 6. concl. 4. docui solum Baptismum reviviscere; & disp. 7. sect. 4. concl. 3. numquam dari Sacramentum Penitentiae validum & informe. Et eo gratis admisso, adhuc nobis non constat de reviviscentia magis, quam de effectu satisfactionis, statim conserendo, in statu peccati mortalitatis. Interim admisca reviviscentia Sacramenti Penitentiae quoad remissionem culpe, nulla est ratio, quare etiam non possit admitti reviviscentia quoad remissionem penae; per consequens reviviscentia satisfactionis, quae operatur per ipsum

55. Respondeo: Ubi revelatum est, Sacerdotes possunt commutare penam temporalem Purgatorii in penam temporalem hujus vite. Unde probat Sarius, sententia, de qua hic agi- satisfactione de condigno ex amantim ad meritum de communis sententia. Ad Theo-

ipsum Sacramentum, seu virtute accepta per Absolutionem.

62. Faretur Lugo disp. 25, n. 42. non omnia Sacraenta, aut omnia media, quæ impedirentur peccato praefanti, operari postea suum effectum, quando auferatur obex; & inter illa enumerat susceptionem Eucharistie, & Sacramentum Missæ, eo quod ex sua institutione sint remedia quotidiana. At vero Sacramentum Pénitentia, licet iterari possit super eisdem peccatis ad maiorem securitatem, & magis perfectam remissionem; per se tamen & ex sua institutione non afferit hanc obligationem, nec postulat reiterationem. Quare si hoc Sacramentum postea non haberet suum effectum, sequeretur inconveniens, quod peccata illa non remitterentur per se per Sacramentum Pénitentia; sed per Contritionem, aut aliud Sacramentum, per accidens. Oportuit ergo, quod efficacia etiam hujus Sacramenti maneret suspensa: quod si hoc de efficacia conceditur ad tollendam culpam; concedendum etiam videtur de efficacia ad tollendam poenam, qua connexa est cum illa alia: nec enim magis per se est reiterabile hoc Sacramentum in ordine ad poenam, quam in ordine ad culpam; atque adeo cararet homo illo effectu in ordine ad haec peccata per medium hujus Sacramenti. Hæc ille.

63. Sed nihil contra nos. Et unico verbo respondeo; nullum est omnino inconveniens, quod homo ex sua culpa careat effectu alicuius Sacramenti, etiam in perpetuum: sibi quippe imputare debet, non Deo vel Sacramento. Quod autem Deus sic debuerit instituere sua Sacraenta, ut homo, qui semel neglexisset gratiam Sacramentorum, seu alium quemlibet effectum, posset quando vellat illum gratiam accipere, ex nullo capite probatur. Nec propter ea intentio Christi, quam habuit subveniendi infirmitati humanae per haec media, defraudatur: sic enim voluit subvenire infirmitati humanae, ut tamen excluderet malitiam humanae. Sufficit ergo, quod homo non fraudetur effectu alicuius Sacramenti pro perpetuo, nisi ex propria culpa.

Quare Deus Quare autem voluerit Baptismum potius reviviscere, quam alia Sacraenta, etiam non iterabilis, penes ipsum est. Forte, ut homo semel saltet in vita fruenter illo Iubilao plenissimo, id est, remissione omnis poenae & culpa. Sicut solet Papa aliquando concedere Jubileum plenissimum omnibus fidelibus, ita ut si quis itinere vel alio impedimento nunc detineatur, suspendatur gratia in tempus futurum, ut sic ablato illo obice possit frui semel illâ Indulgentiâ Pontificis. Hæc autem ratio non habet locum in aliis Sacramentis, etiam Confirmationis & Ordinis, multò minus in Sacramento Eucharistie vel Pénitentia.

Responso
Auctoris.

Quantum ad disparitatem inter Sacramentum Eucharistie, & Pénitentia, illam Arriaga disp. 47, n. 33. judicat valde insufficiensem: quia (inquit) sicut dicit hic Auctor, et quod Christus ex institutione hujus Sacramenti non obligaverit, ad illud supra eadem de angustiis peccata iterandum, sed id reliquerit homini liberum; ita eodem modo dicam ego de Eucharistia: eam enim vocare panem quotidianum, ad rem præsentem sunt pura verba, quia non multum urgent: quia non est quotidianus panis ex mandato & obligatione Christi, qui ad eam frequentiam nullo modo obligavit. Est ergo ex devotione, quatenus potest, qui vult, eam frequentare: atque in hoc sensu eodem omnino modo ea Confessio, etiam de peccatis jam semel in Confessione dimitti, dicetur à me quod sit medicina quotidiana, non quidem ex obligatione, sicut neque Eucharistia est panis quotidiana ex obligatione; sed ex devotione. Adde; longè majori titulo hanc dici quotidiam medicinam, quam illa dicatur panis quotidianus; quia longe faciliter potest quis accedere singulis diebus ad Confessionem, quam ad Eucharistiam, etiam repetendo eadem peccata. Hæc ille contra Lugone.

Ego autem, si Confessio eorumdem peccatorum tam facilis est, immo facilior singulis diebus, quam suscepit Eucharistia / ut vulnus Arriaga hinc / miror summopererit, cur coden tomo disp. 52, n. 6. censeat idem Auctor, omnino veram illam sententiam, que absolu-
tè negat, Ecclesiam posse præcipere secundam Confessionem eorumdem peccatorum; tum (inquit) propter autoritatem majorem, tum propter ea, quæ diximus suprà, scilicet Ecclesiam non posse obligare ad Confessionem, si eam Christus sub præcepto non posuisset. Ita Arriaga.

Quæris ab eo, quare Ecclesia hoc non posset? Responderemus. ob difficultatem maximam; sicut non potest Ecclesia nunc præcipere, ut homo fiat Religiosus vel Sacerdos. Bene optimè! Sed numquid quia maxima difficultas primæ Confessionis, ideo maxima difficultas secunda Confessionis? Immò, secundum Arriagam, major facilitas, quam suscipiendo Eucharistiam. Et vero Eucharistia nonne obligat singulis annis, saltet ex præcepto Ecclesiastico? Quid si Christus Eucharistiam non posuisset sub præcepto, potas quod, propter maximam eius difficultatem, Ecclesia non posuisset eam præcipere? Hæc perpendisset Arriaga, forte non dixisset, Confessionem eorumdem peccatorum medicinam esse quotidianam, eodem omnino modo, quo Eucharistia dicitur à Lugone panis quotidianus; neque forte dixisset, faciliter eis accedere singulis diebus ad Confessionem, repetendo eadem peccata, quam accedere ad Eucharistiam.

Sed

64. Sed rev
palem, co
fari à sim
confert rem
re operate
mortalis; r
factio lacra
Aliqui re
sponsio.

**Prima re
sponsio.**

Hæc ille Inter
tim gratia
Hinc m
Secunda re
sponsio.

N. C. Dis
satisfacio
quantum in
culpa in fu
per Absolu
tempore, i
in fieri: id
bet, ac si no
veniente n
stante hom

Quæris ab eo, quare Ecclesia hoc non posset? Responderemus. ob difficultatem maximam; sicut non potest Ecclesia nunc præcipere, ut homo fiat Religiosus vel Sacerdos. Bene optimè! Sed numquid quia maxima difficultas primæ Confessionis, ideo maxima difficultas secunda Confessionis? Immò, secundum Arriagam, major facilitas, quam suscipiendo Eucharistiam. Et vero Eucharistia nonne obligat singulis annis, saltet ex præcepto Ecclesiastico? Quid si Christus Eucharistiam non posuisset sub præcepto, potas quod, propter maximam eius difficultatem, Ecclesia non posuisset eam præcipere? Hæc perpendisset Arriaga, forte non dixisset, Confessionem eorumdem peccatorum medicinam esse quotidianam, eodem omnino modo, quo Eucharistia dicitur à Lugone panis quotidianus; neque forte dixisset, faciliter eis accedere singulis diebus ad Confessionem, repetendo eadem peccata, quam accedere ad Eucharistiam.

65. Sicut i
florenorū
solvas mbi
tia illi de
equidem a
creditor a
jam tunc i
in præsen
peccatori
rius Dei i
mentalem
poenam hu
va gratia

Sect. 13. De Satisfactione sacramentali. Concl. 4. 905

66. Objectione contra principalem Concl.
Prima reff. Sponsio.
